nunc possessionis uestrae pars uel maxima est. & scripsit
ad titum discipulum suum. & in xpo filio. quem cretae relique
rit ad ecclesias instruendas; Praecepitq; ei. cum e duobus arte
mas seu tychicus cretam fuerit appulsus. ipse nicopolim ueniat;
Iustum quippe erat. ut ille qui dixerat. sollicitudo mea omniū
ecclesiarum. & qui euangelium xpi usque ad yllyricum. de hiero
solymis proficiscens fundauerat. non pateretur & sui & titi
absentia. cretenses esse desertos. a quibus primum idolatriae
semina pollulauerunt. sed mitteret eis pro se & tito. artemam
uel tychicum. quorum doctrina & solacia confouerentur;

Lec̄ In ord pri +

PAULUS SERUUS DI APOSTOLUS AUTEM XPI IHU;
In epistola ad romanos ita orsus est; paulus seruus ihu xpi.
uocatus apostolus. In hac autem seruum se di dicit. aposto
lum uero xpi ihu; Si enim pater & filius unum sunt. & qui cre
diderit in filium. credit in patrem. seruitus quoque indif
ferenter apostoli pauli. uel ad patrem est referenda. uel ad
filium; Haec autem seruitus non est illa de qua apostolus
ait. Nec enim accepistis spiritum seruitutis iterum in ti
more. sed accepistis spm adoptionis. in quo clamamus abba
pater. Uerum nobilis seruitus. de qua & dauid ad dnm
loquitur. Ego seruus tuus. & filius ancillae tuae; & beata
maria ad angelum. Ecce ancilla dni. fiat mihi iuxta uer
bum tuum; Hanc seruitutem habuit & moses. de quo
dns ad iesum filium naue; Moses inquit famulus meus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0226